

54 *Enchirid. c. 21.* At verò in materia gravi Theologica etiam non diffinita, nec ad mores spectante aliquid affirmare, quod sit delictum ratione, & autoritate ex solo proprio iudicio, imprudentia, negligentia, inconsideratio, precipitatio, & temeritas esse potest. quia in rebus momenti leviter, & temere absque rationis regula iudicatur, ut patet ex D. Thoma in 2. 2. *quæst. 53.* & 54. Ideoque in officio S. Inquisitionis censurâ temeritatis notantur multæ propositiones confimiles, si solo proprio iudicio sine autoritate, & ratione excogitatae sint, ut apud Cordubam *lib. 1. par. 17. §. 13.* veluti si quis allexeret locum Paradisi Terrestri esse extra portam Pincianam, aut iudicium finale intra decennium futurum, licet ignoretur quâ hebdomadâ. Quo exemplo utitur Suarez *tom. 2. de Gratia. disp. 19. sect. 2. n. 20.* Quod igitur dixerunt Doctores in *d. c. Cum Christus. de Heret. & in d. c. Canones. 15. dist.* De articulis continentibus omnem sententiam veram circa fidem licitum esse dubitare, aut etiam contrarium affirmare si nondum fuerint diffinita, declarandum est procedere quoad hoc tantum, ut sic dubitare, vel affirmare non sit formaliter hæresis, secundum ea, que ex mente S. Thomæ in 1. p. q. 32. *art. 4.* & in 2. 2. q. 11. *art. 1. & 2.* explicat Eymericus in *Direct. Inquis. par. 2. q. 2.* non autem intelligi debet procedere quoad hoc, ut liceat contrarium asserere absque peccato, aut censura erroris, vel temeritatis, &c. ut ex prædictis constat. Sed hæc messis Theologorum. Quocirca nos Canonice decidimus quæstiones nostras, & Theologi decident quæstiones suas, quia non est sine culpa ponere falcem in messem alienam, ut de Legitis & Canonitis dicebant in *c. fin. infra de condit. apposi. Butr. n. 2. in fin.* & Alex. de Navo n. 26.

64 In textu ibi, *Confitemur*, nota actum fidei duplicem esse, ut docet D. Thomas, scilicet corde credere, & ore profiteri secundum illud ad Roman. 10. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Ad primum referuntur verba illa huius Constitutionis, *firmiter credimus.* Ad secundum referuntur immediate sequentia, *simpliciter confitemur.*

Reliqua ad expositionem huius Constitutionis vide hic per Hostien. Jo. Andr. & Collectar. & præcipue per D. Thomam in *sua glos.* quæ habetur *opus. 23.* Nam, ut inquit hic Bald. in princ. ea, quæ continentur in hoc capitulo, pertinent ad apicem Theologiæ, contra quam perniciosè erratur.

DE SVMMA TRINITATE, & Fide Catholica.

Cap. Damnamus.

SVMMA RIVM.

- 1 **H**æreticus censeri non debet errans in fide, si Romana Ecclesia fidem suscipere sit paratus. *Et n. 20.*
- 2 Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus verâ unione, & non similitudinariâ, vel collectivâ sunt una substantia, quæ non est generans, nec genita, nec procedens. *Et n. 27.*
- 3 Nec per hoc in Trinitate Dei quaternitas, & n. 27.
- 4 Damna, & reprobare an, & in quo differant.
- 5 Nullam simile est idem.
- 6 Veritas quid sit.
- 7 Errorum in fide nulli fas est defendere.
- 8 De fide publicè disputare an, & quando liceat.
- 9 Ioaehimus Abbas dicitur habuisse scriptum Prophetiæ, & n. seqq.
- 10 Prædixit Ordines Prædicatorum, & Minorum.
- 11 De illius vaticiniis iudicium, & n. seqq.
- 12 Non Prophetico spiritu aliquid futura prædicatur, sed conjecturâ mentis humane, quæ aliquando ad verum pervenit, aliquando fallitur.
- 13 Prout fecit Abbas Ioaehimus ex sententia D. Thomæ.
- 14 Hæreses plures Ioaehimus de Parma de Doctrina Abbatis Ioaehimi.
- 15 Libro damnato non censetur damnatus illius author, si librum supponat correctioni Romani Pontificis.
- 16 Sed damnato Authore ejus quoque libri censentur damnari.
- 17 Etiam si aliâs sint boni. Declaratur n. 18.
- 18 Hæretici dicitur, & si bonum sit, reprobat quantum ad hoc, ut auctoritate in se contineat: aliâs quasi verum, non tamen auctoritabile, approbatur.
- 19 Libros Hæreticorum continentes hæresim, vel de Religionè tractantes, qui legunt, aut retinent, excommunicantur in Bulla Cene.
- 20 Ioaehimus de Poliano Doctõr Parisiensis non fuit hæreticus: quia licet errorem suum defendere niteretur, tamen se submisit deservienti Apostolica Sedis.
- 21 Hæresis initium est error in intellectu: Hæresis complementum, si pertinaciâ in voluntate.
- 22 Pertinet max. quis.
- 23 Doctores Catholici in principio, vel in fine librorum suorum, quam faciunt protestationem ad evitandam hæresim, & n. seqq.
- 24 Ioaehimus Abbas non fuit hæreticus, sed erraticus. *Et n. 26.*
- 25 Eiusdem Episcopi, quæ scripta sua Apostolice subiecit ex animi, refertur.
- 26 Ioaehimus declaratur Catholicus ab Honorio III. licet ejus libellus fuerit à Concilio damnatus.
- 27 Errores illius qui fuerint.
- 28 Almerici Hæresis quæ.

DAMNA-

- D**AMNAMUS. Licet quis erret in fide, non debet hæreticus censeri, dum tamen fidem Romanæ Ecclesiæ suscipere sit paratus, vel se illam tenere fateatur. hoc dicit secundum Abb. Antiquum. 3. Sed secundum Joann. Andr. cum quo concordant Bellamer. Butr. Cardin. Anchar. Imol. Abb. Sicul. & Joan. de Anan. Summatric. sic. Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus vera unione, & non similitudinaria, vel collectivâ sunt una substantia, essentia, seu natura; quæ substantia non est generans, nec genita, nec procedens, quia illi actus non substantiæ, sed personis debent attribui. Neque per hoc in Trinitate Dei est quaternitas. Contrarium sentientes Hæretici sunt, nisi se Romanæ Ecclesiæ correctioni submittant, hoc dicit. Dividitur in duas partes principales. Prima damnat doctrinam Abbatis Ioaehim. Secunda ibi, *Reprobamus*, damnat doctrinam Almerici. Item prima pars facit quinque. Primo, reprobatur opinio ipsius Ioaehim contra Magistrum Sententiarum, quam prosequitur exprimens motiva, & rationes ipsius. Secundo ibi, *Nos autem, approbat*, & probat illam Sententiam Magistri, quam damnabat Ioaehim. Tertio ibi, *cum ergo*, Respondet illi auctoritatè, qua Ioaehim principalis movebatur. Quarto ibi, *si quis*, damnat tenentes illam opinionem reprobata. Quinto ibi, *in nullo*, protestatur pro Monasterio ipsius Abbatis Ioaehim, & pro intellectu huius capituli, vide Archidiaconum in *cap. in Christo Pater. n. 1. de consecrat. dist. 2.* & Melchiorum Canon de locis Theologicis *lib. 12. cap. 7. vers. Secunda præscriptio.*
- Nota primo, ex principio textus, verba *damnamus, & reprobamus*, hic poni tanquam diversa. Nam *damnare* est rem perpetuò, sine spe sublevandi, tormentis, & ignominie sententia literè deputare. *Reprobare* autem est rem evidentibus rationibus ream probare, seu demonstrare; unde dicunt quidam, damnat sententiam, vel opinionem, & reprobatur rationes, secundum Jo. Andr. *hic n. 6.* Bellam. *n. 1.* & Abb. *in. 1. not. ab.* Licet alij existant hæc verba fuisse hic inculcata ad majorem exaggerationem, seu aggravationem.
- Secundo nota ibi, *unitatem huiusmodi non veram, sed similitudinariam.* Illud, quod est per similitudinem, non esse per essentiam, & veritatem, quia nullum simile est idem. *l. actio-nis verbi, §. 1. cum glos. in verb. obtrient, ff. de verb. obligat.* & veritas secundum Io. Andr. *hic n. 11.* est perpetuè existentis rei tanta soliditas, ut ceteris desistentibus, ipsa in suo esse remaneat inconcussa; imò concussionibus, si dici fas sit, amplius roboratur. Alias veritatis definitiones recenset S. Thom. in 1. p. q. 16. *art. 1. in corp.*
- Tertio nota ibi, *defendere, & approbare præsumpsit*; nulli fas esse defendere errorem in fide, ut hic, & in *cap. Qui aliorum, 24. q. 3.* & in *cap. Excommunicamus. il. 2. §. Credentes. de hæreticis.* Imò nec disputare de fide publicè turbis coadunatis, tumultus, sive perfidie defendendæ causa, ut *l. penult. c. de Summa Trinitate. Innocent. hinc. 1. & Io. Andr. n. 31.* Sin autem ad confusionem hæreticorum, vel ad fidem

Prosp. Fagn. in 1. Decretal.

dem clarificandam de fide aliquis disputaret, ut fecit B. Sylvester, non esset malum, ut hic dicunt Compell. in *fin. Host. n. 21. in verb. Defendere.* Qui ad hoc allegat *cap. Inter, §. Præcipias. de purgat. Canon. Io. Andr. d. n. 31.* & Bellam. *n. 6. in verb. Defendere.* Butr. *n. 25.* facit secundum eos *cap. 2. §. 1. de Heret. lib. 6.* & est ex mente D. Thom. in 2. 2. q. 10. *art. 7. ad 2.* dum dicit *l. penult.* Mariani Augulper Canones confirmatam prohibere publicam disputationem de fide, quæ procedit ex dubitatione fidei, non autem illam, quæ est ad fidei confirmationem, de quo dic plenius ut hic per Bellam. *n. 11.* An autem hoc vendicet sibi locum in Clericis tantum, an verò etiam in laicis, pendet ex intellectu text. *ind. cap. 2. §. Inhibemus. de Heret. lib. 6.* ad quod vide quod scripsi in *cap. Cum venissent, n. 133. de iudicis.*

Quarto nota in *vers. In nullo tamen, Abbatis Ioaehim fuisse Instructorem celeberrimi Monasterij Florentis, quod est in Calabria, unde ille fuerat oriundus, qui etiam multos libros composuit, & futura prædixit, & fuit tempore Verbanij III. in Martiniana 1188. ut refert Alberic. de Rosate in suo Dictionario in *ver. Abbas.* Et sic annis 27. ante Concilium Innocentij III. qui illius errores damnavit, ut hic in *littera: De isto Ioaehim, ut inquit Jo. Andr. hic n. 9.* Quomodo divinitus habuit donum intelligentiæ, & spiritum Prophetiæ, vide in *historijs lib. 30. cap. 40.* & super Daniele propheta vit Ordinem Prædicatorum, & Minorum. De eodem flegitur in Registro mundi impresso Norimbergæ anno Salutis 1493. ad annum à creatione Mundi 6344. fol. 204. (Ioaehim Abbas Calaber ad Urbanum Pontificem Veronæ accessit. Is maxime doctrinæ, & excellentissimi, ac prope divini ingenij vir hac ipsa tempestate apud Guillelmum Regem, & Calabros omnes clarus, & inclutus fuit. Qui spiritu Prophetiæ, ut ajunt, repletus futura quasi præsentia distabat, cum prius non multum ab homine Doctore didicisset, donum intelligentiæ, ut ferunt, divinitus accepit, adeo ut facundè Scripturarum difficultates enodaret, & cum plurimum eruditus esset, nonnullos in sacros Codices edidit Commentarios, & quam maxime in Apocalypsim, ubi & multa prædixit, & postissimum de Ordinibus Mendicantium. Item contra Petrum Lombardum Theologum librum composuit, qui postea damnatus, & reprobatus fuit, sicut patet in principio Libri Decretalium, Fertur quoque multa scripsisse, librosque suos Domino Pape emendandos obtulisse: & ei multa de futuris reserata ajunt de duobus Regibus Franciæ, & Angliæ apud Messanam hyemantibus. Aliquando interrogatus quid sibi de expeditione Saracenum sperandum esset, respondit, nondum adesse tempus qui Ierusalem recuperari posset. Superius autem quæ scripsit de futuris temporibus, nos terum incertarum præstigiis relinquere convenit iudicio posterorum. Alia quoque perpulcra scripto mandavit.) Hæc ibi. Similiter Card. Bellarm. *de Scriptor. Eccles.* (Ioaehimus inquit) Abbas Florentis Monasterij vivebat anno 1198. Scripsit in Isaiam, & Ieremiam, & Apocalypsim, & concordiam Testamenti veteris, & novi, quæ omnia extant. Circum-*

cumferuntur quedam vaticinia sub eius nomine de futuris Pontificibus Romanis, qua quam fidem mereantur, aliorum sit iudicium. Illud mirum est; quod cum ea vaticinia ad solos quidem Pontifices pertineant; tamen curiositas hominum ad nostra usque tempora extendere illa conatur.) Hæc ille. Verum sanctus Thomas in

4. sentent. distict. 43. artic. 3. quest. 2. ad 3. relatis verbis Augustini 18. de Civitate Dei dicentis aliquos exquisitè, & ingeniosè futura prædicere, non Prophetico spiritu, sed conjecturâ mentis humanæ, quæ aliquando ad verum pervenit, aliquando fallitur: sic ait. (Et similiter videtur esse de dictis Abbatis Joachim, qui per tales conjecturas de futuris aliqua vera prædixit, & in aliquibus deceptus fuit.) Hæc sanctus Thomas. Romæ Alexander IV. condemnavit librum quemdam Evangelium æternum communiter appellatum, cujus Author, ut fertur, fuit quidam Jo. de Parma Monachus, in quo libro plures hæreses sunt repetæ, & in specie, quod doctrina Abbatis Joachim excellit doctrinam Christi, & consequenter novum & vetus Testamentum. Item quod adveniente Evangelio Spiritus Sancti, sive clarescente opere Joachim, quod ibidem dicitur Evangelium æternum, sive Spiritus Sancti, evacuabitur Evangelium Christi. Refertur ab Emerico in *Directorio Inquisitorum* part. 2. q. 9. pag. 188. col. 2. littera C. & ibi vide de Joachimo aliam insaniam in vigesima hæresi.

15 Quinto nota ibi, cum ipse Joachim omnia scripta sua nobis assignari mandaverit. Et signa regulam, quod damnato libro, non censetur damnatus illius Author, si librum supponat correctioni Romani Pontificis, ut hic aperte probatur. Nam libellus Abbatis Joachim damnatur à Concilio, ut in principio textus; & tamen ipse Joachim non damnatur, quia libellum suum subjecit censuræ Apostolicæ Sedis, ut hic patet, & latius dicam in 6. notabili. Verum hæc regula non convertitur, quia damnato auctore, ejus quoque libri censentur damnati, ut cap. *Fraternitatis, de hæreticis*. Nam, ut ibi dicitur, cum Cælestinus, atque Pelagianus in Ephesina Synodo sint damnati, quomodo potuerint illa capitula recipi, quorum damnantur Authores? Concordat cap. Nullus. 3. quest. 4. & cap. Canonis. 16. distict. 17. Quod locum habet etiam illorum libri alii sunt boni, quia nihilominus non sunt recipiendi, ut firmat gloss. unica in d. c. *Fraternitatis*, cum qua concordant ibi Innoc. num. 1. vers. *Sitamen publica persona accusata*. Butr. num. 3. vers. *Solutio*.

16 Verum, ut inquit Hostiensis, hic num. 19. licet etiam ex dictis hæreticorum partem sumere ubi bene dixerunt, ut cap. *Siquid veti*, 37. & cap. 1. in princ. 19. distict. dictum tamen hæretici reprobat, etiam bonum sit quantum ad hoc, ut pro jure habeatur quasi auctoritatem in se contineat: alia quasi verum, non tamen auctorizabile approbatur. Et ita intelligas iura, quæ in hoc conseriã videntur, secundum Goffred. & Hostiensis, cum quibus concordant hic Jo. Andr. num. 4. 4. Bellamer. num. 13. circa fin. vers. *Dictum tamen hæretici*.

17 Sed hodie in prima excommunicatione Bullæ Conæ excommunicantur Hæreticorum libros

hæresim continentes, vel de Religione tractantes sine auctoritate Sedis Apostolicæ scienter legentes, retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quavis causa publicè, vel occultè, quovis ingenio, vel colore. Et ita ad hæc excommunicationem incurramus quatuor conditiones requiruntur. Prima scilicet, ut libri sint hæreticorum, Secunda, ut hæresim contineant, vel de religione tractent, Tertia, ut scienter legantur, retineantur, imprimentur, vel defendantur. Quarta, ut id fiat sine licentia Sedis Apostolicæ.

20 Sexto nota ibi, *Apostolica Sedes iudicio approbata & corrigenda*. Errantem in fide non esse hæreticum, si errorem suum supponat iudicio Sedis Apostolicæ, vel fidem Romanæ Ecclesiæ se tenere confiteatur. Ad idem cap. *Hæc est fides*, 24. qu. 1. cap. *Dixit Apostolus*, quest. 3. ubi dicitur: Qui sententiam suam quamvis falsam, atque perverfam, nullâ pertinaci animositate defendunt, querunt autem cautâ sollicitudine veritatem, corrigi parati cum invenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. Ideoque in Extravag. *Vas electionis, de hæretico*, Ioan. Poliachi. Doctor Parisiensis non fuit hæreticus, quia licet in Consistorio Papæ articulos, quos docuerat, defendere niteretur, assererebat tamen separatim credere, & tenere in præmissis, & alijs, quæ credenda, & tenenda esse Sedes Apostolica designaret, ut ibi legitur, & hic notant gloss. in verb. *Corrigenda*, Abb. Antiqu. num. 3. Hostiensis, num. 18. Ioan. Andr. & Bellam. in princ. Butr. num. 27. Abb. Sicul. num. 5. & reliqui omnes. Ratio hujus assertionis est, quia hæresis est error in fide cum pertinacia. cap. *Qui in Ecclesiam*, 24. qu. 3. Archid. in cap. *Hæresis* num. 1. ead. caus. & quest. Sylvester in verb. *Hæresis*, 1. num. 1. usque secundum Archidiaconum. ad rationem hæretici duo concurrunt: unum est error in intellectu, quod est hæresis initium; alterum pertinacia in voluntate, quod est hæresis complementum. At pertinax dici non potest, qui errorem suum corrigere paratus est, & profiteatur se credere, quod credit Sancta Mater Ecclesia. Turcer. in *Summa de Eccles. lib. 4. cap. 1. part. 2.* Sanctus Anton. in 2. part. tit. 12. cap. 1. Pertinax enim idem est ac durus, irrevocabilis, indocilis, obstinatus, ut dicit gloss. in *Clement. anti. 5. Porro*, in verb. *Pertinaxiter, de Summa Trinitate, & fide Catholica*, & dicitur pertinax quasi propositi tenax, seu multum tenax. Facit text. in l. 3. §. *Tutor. ff. De suspect. Tutor.*

21 Hinc Doctores Catholici cautè in principio, vel in fine librorum suorum consueverunt apponere protestationem, quod omnia eorum dicta, aut scripta correctioni Sanctæ Ecclesiæ Catholice subijciunt, & per hoc evitant omne periculum hæreticæ pravitatis, licet in eorum scriptis aliqui sint errores ab Ecclesia damnati, prout fecit Abbas Joachimus dictans epistolam propriâ manu subscriptam, in qua firmiter confessus fuit, se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia, quæ, disponente Domino, cunctorum fidelium Mater est, & Magistra, ut dicitur in textu ad fin. & notant Butr. hic num. 17. plenè Cardin. in *Clement. 1. 8. Porro*, num. 50. de *Summa Trinitate & fide Catholice decision. conf. 8. Gravia sunt*, num. 128. vol. 1. dicens de hoc esse text. apertum,

tum, & ad litteram in hoc cap. Navarr. conf. 6. *Hypotesis*, n. 14. de *Hæretico*, Jo. à Royas in *tract. de Hæretico*, par. 1. nu. 62. & hæc cautelam tradidit Barthol. Veronenus *cautela* 155. Tenor autem Epistolæ Abbatis Joachimi est ejusmodi.

25 *Universis, quibus littera ista ostense fuerint, frater Joachim dictus Abbas de Flore, æternam in Domino salutem.*

(Sicut ex litteris D. Papæ q. Clementis, quæ apud nos sunt, percipi potest, ex mandato D. Papæ Lucii, & D. Papæ Urbani nifusum aliqua scripta esse, & hucusque quod occurrit ad gloriam Dei scripturæ non desino: Denique librum concordie quinque luminibus comprehensum, expositionem Apocalypsis octo partium titulis insignitam, Pfalterium decem chordarum tribus voluminibus incisum, prout Deus melius inspiravit, & facultas ingenii afficit, ad consumationem conduxi, præter alia, quæ in parvis libellis, seu contra Judæos, seu contra Catholica fidei adversarios comprehendit: Et dum sum in hoc corpore præservatus, ad adificationem fidelium Christi, & maxime Monachorum, dare operam non postpono. Quia verò pro angustia temporum non potui hucusque opuscula ipsa præter librum concordie Apostolice culmine præferre, ut ab eo corrigerentur, si qua ibi (quod non abnuo, etiam mihi confici non tim) occurrerint corrigenda, & incertus est homini numerus dierum suorum: si me contingerit prius egredi ex hac luce, quam possim secundum quod accepti in mandatis, si quidem ea conditione suscepi dictanda, ut omnes quidem libros ei, cui datum est omnimodè magisterium, præferant: Rogo ex parte Dei omnipotentis Coabbates meos, & Priores, & ceteros fratres mecentes Deum, & ea qua posse videntur auctoritate præcipio, quatenus præfens scriptum, aut exemplar habentes fecum, ac si pro testamento opuscula, quæ hæcenus concessisse videret, & si quid me de novo usque ad diem obitus mei contingerit scripsisse, quam citius potuerint collecta omnia relictis in salva custodia exemplaribus, Apostolice culmine repræsentent, recipientes ab eadem Sede vice mea correctionem, & expolentes ei meam circa ipsam devotionem, & fidem, & quod ea semper paratus sum, quæ ipsa statuit, vel statuerit, observare; nullamque meam opinionem contra ejus defendere sanctam fidem, credens ad integrum quæ ipsa credit, & tam in moribus, quam in doctrina suscipiens correctionem, abiciens quod ipsa abicit, suscipiens quod suscipit ipsa, credens firmiter non posse portas inferi prævalere adversus eam, etiam ad horam turbari, & procellis agitari contingat, non deducere fidem ejus usque ad consumationem sæculi.

Hoc scriptum feci ego Joachim Abbas, & propria manu roboravi anno Dominicæ Incarnationis 1200. & sic tenere constitutor, sicut in eo continetur.)

26 Stante igitur hæc protestatione, Joachim non fuit hæreticus, sed erraticus, quia noluit discedere à Christo, secundum ea quæ tradit Bald. in cap. 1. num. 1. *supra eod.* & ita declarat Honorius Papa III. anno Dominici 1221. ad supplicationem abbatum, & Conventuum de Or-

dine Floris, cujus declaratio extracta ex Registro ejusdem Honorii in Bibliotheca Vaticana; sic se habet. (Honorius, &c. Cusentino Archiepiscopo, & Episcopo Bilinacensi: Ex parte, &c. infra. Licet igitur prædictus libellus, sive tractatus condemnatus fuerit in Concilio memorato; quia tamen idem Joachim omnia scripta sua Romano mandavit Pontifici assignari Apostolicæ Sedis iudicio approbata, seu etiam corrigenda; dictans Epistolam, cui propria manu subscripsit, in qua firmiter est confessus, se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia, quæ disponente Domino cunctorum fidelium Mater est, & Magistra. V. per Apostolica scripta mandamus, quatenus per totam Calabriam sicut publicè nuntiari, quod eum verum Catholicum reputamus, & Regularem observantiam, quam instituit, salutarem, eos, qui Ordini memorato ex hoc detrachere, vel insultare præsumserunt modo præm. sub Apost. observ. castigantes: Dat. Later. 13. Kal. Januarii anno 5.)

Septimo nota, ex prima parte Textus duos errores istius Abbatis Joachim. Primus error fuit, quia redarguebat de hæresi Petrum Lombardum Sententiarum magistrum, qui lib. 1. sent. dist. 5. dixerat, quod summa quædam res est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & illa non est generans, neque genita, neque procedens: ex hoc enim Joachimus arguebat Petrum adituere quaternitatem, quod est falsum. Secundus error fuit in unione substantiæ Divinæ quod ad personas Trinitatis, quam unionem ipse Joachim asserere non veram, & propriam, sed quasi collectivam, & similitudinariam: & utrumque errorem damnat Concilium, & Joachimi fundamenta evertit, ut in text. & notat Hostiensis. in princ. & Jo. Andr. num. 19. in verb. *Quaternitas*, ubi de primo errore, & n. 16. in verb. *Patissimum*, ubi de 2.

Ultimo nota, ex 2. par. text. doctrinam impii Almarici fuisse damnatam à Concilio, quod ea potissimum de causa fuit ab Innocentio III. celebratum. Cur autem Concilium appelleret hæc doctrinam non tam hæreticam, quam in sanam, facile inruerit, qui ipsius Almarici errores legere. Fuit Almaricus natione Gallus, patria Carnotensis, Lutetiæ Parisiorum impietatis Doctor: Inter vetanos mentis ejus errores recensentur præcipui qui sequuntur: Primo dicebat Corpus Christinum aliter esse in pane Altaris, quam in alio pane, & in qualibet alia re, transubstantiationem denegans. Secundo, Deum sic locutum fuisse in Ovidio, sicut in Augustino. Tertio, negabat resurrectionem corporum, Paradisum, & Infernum; sed qui in se Dei cognitionem haberet, illum habere quæque in se Paradisum: qui contra mortale peccatum haberet, eundem infernum habere in se, non aliter, quam dentem putridum in ore. Quarto, Altaria Sanctis dicata, & Imagines thurificare, Sanctorumque invocationes idololatriam esse assererebat. Quinto, non solum cum Armenis Adam, & Evam nunquam carnali copula junctos si permansissent in statu illo, in quo Deus illos creavit; verum etiam sexuum differentiam nullam, sed hominum multiplicacionem aequè, ac Angelorum futuram asserabat.

Prosp. Fagn. in 1. Decretal. B 2 Sexto

Sexto, asserbat Deum non videri in se, sed in creaturis, sicut lumen in aere. Septimo, illud quod alias est peccatum mortale, factum in charitate non esse peccatum, impunitatem peccatorum promittens. Octavo, affirmabat Ideas, que sunt in mente Divina, & creare, & creati posse, cum tamen secundum Augustinum in mente Divina nihil sit nisi eternum, & incommutabile, Neque, somniabat mentem contemplati, vel Beati perdere suum esse in proprio genere, & redire in illud esse Ideale, quod habuit in mente Divina. Decimo, docebat omnes creaturas in fine in Deum redire, & in ipsum converti, ut sint unum individuum cum ipso; unde per consequentiam negabat in resurrectione duplicem fore sexum. De his, & pluribus aliis velanis erroribus, una cum complicitibus ab Episcoporum, & Theologorum Parisiense Concilio convictis, ex more animi interit, eisque cadaver iussu Philippi Gallorum Regis postea exhumatum, & flammis exustum est anno Domini 1208. Supra scriptas hereses recenset Prateolus de Sectis heretic. lib. 1. & ex Chronico Summorum Pontificum viginti errores hujus Almarici colligitur. Sex refert Vincentius in Speculo Historiali, lib. 30. cap. 7. quorum etiam meminit Eymericus in Director. Inquisit. par. 2. q. 7. n. 3. & nonnullas referunt Generard. lib. 4. Etymologiarum, S. Anton. 4. p. tit. 1. cap. 7. §. 1. vers. Reprobatur etiam. Hoit. hic num. 16. & 22. Jo. Andr. n. 36. & 37. Bellam. n. 9. & Butr. n. 29. Vide notas ad Concilium Lateranense IV, tom. 3. Concilior. p. 2. pag. 697. littera F.

DE CONSTITUTIONIBUS.

Cap. Canonum statuta.

S V M M A R I V M.

- 1 Intellectus varii ad hoc capitulum, & n. seqq. usque ad n. 10.
- 2 Canonum statuta, de quibus loquitur hoc Constitutio, quot modis accipiuntur. ibid.
- 3 Precepta omnia legu vetera immutabilia sunt.
- 4 Precepta ceremonialia fuerunt viva usque ad Passionem Christi, mortua deinceps, & mortifera post divulgationem Evangelii.
- 5 Precepta iudicialia evacuata sunt per adventum Christi, & quamvis non sint mortifera, sunt tamen mortua.
- 6 Infideles ad fidem, & observantiam nove legu non coguntur invit. & n. 72. & 83.
- 7 Constitutiones Canonum ligant omnes, & eorum ritum in procedendo, quam in decidendo iudicia sunt regulanda.
- 8 Actio verbum hic positum quo sensu accipiat. & n. 9.
- 9 Canones transgressi non licet in Ecclesiasticu negociu, vel iudiciu, & proprium sensum sequi.
- 10 Constitutiones Canonice ab omnibus sunt servanda tam in foro externo, quam in foro conscientie.
- 11 Melensis Concilii causa, & auctoritas qua.
- 12 Canon appellatio in laiori significacione venit omni Constitutio Ecclesiastica, & n. 18.

- 13 Rex Angliæ si de iure faciat mentionem, de suo iure regio intelligitur.
- 14 Conciliorum Provincialium decreta in Gregoriana compilatione inserta vim habent generalium Constitutionum.
- 15 Concilia Provincialia etiam per Sedem Apostolicam confirmata regulariter non obligant extra provinciam, & n. seqq.
- 16 Confirmatio dat robur actui confirmato, sed illum non extendit.
- 17 Rex in suo Regno est Monarcha, & totum continens.
- 18 Pape iurisdictioni non restringitur ad limites alicujus territorii.
- 19 Decretali epistola, decretum, dogma, mandatum, interdicitum, & sanctio in quibus differant.
- 20 Canon strictè accipitur pro Constitutione in Generali Concilio edita.
- 21 Canones qui dicantur ex stylo Concilii Tridentini.
- 22 Canonis nomine frequentius usurpantur Constitutiones in corpore iuris clause, & n. seqq.
- 23 Iuris Canonici corpus que complectatur, & n. 46.
- 24 Clausula, (in his, qua sacri Canonibus, Tridentini Concilii decretis, & Constitutionibus Apostolicis non adferantur,) de quibus Canonibus intelligatur.
- 25 Declarationes Apostolicæ, an dicantur statuta Canonum, & n. seq. usque ad n. 27.
- 26 Statuere ex propria significacione est jus novum inducere. ibid.
- 27 Canones fidei non continent jus novum, sed iuris divini declarationem.
- 28 Statuere, & decernere se compatiuntur etiam cum verbo declarare.
- 29 Canonum appellatio, an veniant statuta Episcopi, & n. seq. usque ad n. 37.
- 30 Quid in materia otiosa, & penali. Et quid in materia favorabili. n. 30.
- 31 Ius municipale non est jus commune.
- 32 Canonis appellatio in materia favorabili venit etiam Constitutio Capituli, & n. 33.
- 33 Absolvere potest inferior ab excommunicatione lata à Canone tam Pape, quam Episcopi, si illius conditor absolutioem sibi non reservavit.
- 34 Dispensare qui potest super irregularitate imposita à Canone, potest dispensare cum Monaco irregulari ex celebratione post incursum excommunicationem latam ex Constitutione Ordinis.
- 35 Conciliorum Provincialium decreta, an possint Canones appellari.
- 36 Canonis appellatio indistinctè venit statutum Episcopi, si à Papa sit confirmatum.
- 37 Et idem si statutum sit secundum terminos iuris communis.
- 38 Gratiani dicta non sunt pro Canonibus recipienda.
- 39 Leges Civiles in volumine Decreti inserta, si sint contraria Canonibus, non sunt servanda in foro Ecclesiæ, & n. 45.
- 40 Nec censentur canonizata, nisi qua à Papa Canonibus inseruntur.
- 41 Rubricæ Decreti non sunt authentica excepta prima. & n. seqq.
- 42 An illarum auctor fuit Gratianus.
- 43 Rubrica prima Decreti quo sensu dicatur authentica.
- 44 Palea non habent Canonum auctoritatem, unde dicta,

- 45 dicta, & qui fuerit illarum auctor.
- 46 Gratianus quid egerit coram Pontifice, ut se Decreti auctorem ostenderet.
- 47 Leges Civiles Canonibus non contraria servari debent etiam in foro Ecclesiæ.
- 48 Decreti liber in quibus hodie intelligatur approbatus.
- 49 Canones omnes sunt in precepto.
- 50 Canonum transgressores ex contemptu, vel neglectu, aut concupiscentia qualiter peccent, & puniantur.
- 51 Causa Ecclesiastica decidenda sunt secundum Canones, & non secundum leges.
- 52 Causa etiam in foro seculari secundum Canones est decidenda, si de re Ecclesiastica agatur actione reali, sicut si actioe personalis.
- 53 Sed in preparatorio iudicio indistinctè servanda sunt leges furi, ubi causa ventilatur.
- 54 Index an debeat iudicare secundum conscientiam, an verò secundum acta, & probata, & n. seq.
- 55 Iudicis conscientia triplex.
- 56 Princeps iudicare potest secundum conscientiam, adhibita tamen cautela hic posita.
- 57 Constitutiones Canonice ligant omnem creaturam.
- 58 Et an hoc sit restringendum ad subditos, ibid. & n. seq. usque ad n. 93.
- 59 Canonum Conditori, & Vicario creatoris subiecta est omni creatura.
- 60 Princeps non adstringitur legibus suis, vel Predecessorum vi coactiva; adstringitur tamen vi directiva rationis iure naturali, & divino. & n. seq. usque ad n. 64.
- 61 Predecessorum suorum statuta custodiat, qui sua à successoribus desiderat mandata servari.
- 62 Lex non habet vim coactivam, nisi à Principi pateat.
- 63 Papa quamvis non constringatur lege positiva, adstringitur tamen mente legu, & equitate naturalis determinante aliquid circa peccatum.
- 64 Papa an ligetur c. Omnia utriusque, de penit. & remiss.
- 65 Nemo cogitur à seipso, sed tamen à seipso dirigitur, & obligatur.
- 66 Nulla auctoritas, vel Senatus potest facere, quin Princeps sit animal rationale, vel ut sit solutus legibus natura.
- 67 Pagani, & infideles, an, & in quibus subsint iurisdictioni Ecclesiæ, & n. seq. usque ad n. 93.
- 68 Oves Christi sunt omnes tam fideles, quam infideles per creationem, licet non sint de ovili Ecclesiæ.
- 69 Papa non solum super fideles, sed etiam super infideles iurisdictionem habet de iure, licet non de facto.
- 70 Gentili potest licitè puniri per Papam, si contra legem nature faciat, ut si colat idola.
- 71 Iudai possunt per Papam solvari, si contra Evangelium faciant in moraliu, vel hereses circa suam legem inveniunt. & n. 83.
- 72 Thalmud Iudeorum librum plures Romani Pontifices iusserunt conteri.
- 73 Infidelibus detinentibus terram, in qua iurisdictionem habuerunt Christiani Principes, Papa potest prohibere, ne iniuste divident Christianos, & emulsi facientes iurisdictione, & dominio privati.
- 74 Item potest infidelibus præcipere, ut admittant Prosop. Fagn. in 1. Decretal.

- 75 Predicatores Evangelii in terris eorum iurisdictioni subiecti.
- 76 Papa contra fideles mandatis eju inobedientes potest iuste bellum inducere.
- 77 Papa in criminibus Ecclesiasticis exercere potest iurisdictionem contra infideles, sicut contra fideles.
- 78 Inmixtu verò locus est preventionis inter Papam, & Imperatorem.
- 79 Infidelium dominium, seu prelatio super fideles potest iuste tolli per sententiam, & ordinationem Ecclesiæ.
- 80 Ecclesiæ auctoritatem Dei habet super regna.
- 81 Infideles non sunt directi de foro Ecclesiæ, sed alieni à Christo, & servi Diaboli.
- 82 Infideles Ecclesiæ non excommunicantur.
- 83 Forum fori, & status ligari à pari procedunt.
- 84 Statuendi potestas à iurisdictione dependet.
- 85 Iuris Canonici statuta ligant omnem creaturam in materia eidem adaptabili.
- 86 Prescribens contra iurisdictionem Imperatoris non remanet acceptatus; sed subest Pape.
- 87 Iudai delinquentes contra Legem Moysi per Legem Canoniceam puniuntur.
- 88 Item si obfint fideibus, vel delinquant in opprobrium Christianæ Religionis.
- 89 Item si Dominici, & festi diebus mercimonia vendant, & artificia, seu opera mechanicæ exerceant. n. 85.
- 90 Item si in die Parasceves ostia, vel senesca aper- tas habeant, aut in publicum proficiant. & non. 86.
- 91 Palentinum Concilium tempore Verban. VI. celebratum nullam habet auctoritatem.
- 92 Iudai non ligantur c. Omnia utriusque, de penit. & remiss.
- 93 Iudai si matrimonium contrahant in gradibus lege Canonice tantum prohibitis, ad fidem conversi non separantur, & eorum proles legitima est.
- 94 Nec tenentur servare formam à Concilio Tridentino prescriptam in matrimonii contractu.
- 95 Matrimonium valide ab infidelibus contractum post conversionem non est iterandum coram Parocho, & testibus.
- 96 Iudai in successioneibus utuntur lege veteri Testamenti.
- 97 Laici in merè temporalibus, & profanis, non ligantur Constitutionibus Canonice, nisi in terris Ecclesiæ.
- 98 Constitutiones Ecclesiasticæ ante publicationem non ligant.
- 99 Constitutiones particulares respectu verorum locorum, vel personarum ad alta loca, vel alias personas non extenduntur.
- 100 Constitutiones per contrariam legem, vel consuetudinem abrogata non sunt servanda.
- 101 Et illi amentes incurrunt in penam falsi.
- 102 Concilii lex regulariter non est obligatoria.
- 103 Concilii legem non servans ex contemptu mortaliter peccat.
- 104 Constitutum reverentia quod dicatur.
- 105 Verba horretoria improprianter quando subiecta materia est de precepto.
- 106 Residere tenentur Episcopi apud suam Cathedrali tempore Adventus, Quadragesime, & c. nec sufficit ut in Diebus residant.
- 107 Ecclesiæ Romana auctoritatem Canonibus impertitur, sed non ea obligatur.